Landesarchiv **Sachsen-Anhalt**
archivgut **online**

Signatur: Z 1, Nr. 62

Titel: (Bischof Ulrich von Halberstadt)

Laufzeit: 1180 (Jan. 01 - Jul. 30)

Digitalisat: Z_1__Nr_62__0001.pdf
03.05.2024 13:39:44

© Landesarchiv Sachsen-Anhalt

Digitalisate von Archivgut, die das Landesarchiv Sachsen-Anhalt in seinem Internetangebot veröffentlicht, sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen unter den Bedingungen der 'Creative Commons Namensnennung - Keine Bearbeitung 3.0 Deutschland Lizenz' [1] kostenfrei weiterverwendet werden. Dabei ist die Herkunft und die Signatur des Archivguts zu nennen.

[1] http://creativecommons.org/licenses/by-nd/3.0/de/

✠ IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. Notum sit omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, quod ego Ulricus dei gratia sancte Halberstadensis ecclesie episcopus Christi fidelibus in monasterio beati Georgii martiris in Hekelinge divino servitio mancipatis decimas pecorum que nutriuntur in allodio suo seu villicatione quam habent in eadem villa et de fructibus terre aratro vel sarculo cultis, sive colendis, pratis et nemoribus, uineis et agris, de quibus nulli debent respondere nisi nobis, primo respectu divine miserationis, deinde pro debito paterne compassionis, voluntaria benignitate concessimus, quia pauperes Christi, si temporalium defectu laborant, ne in religione deficiant, rerum subsidiis iuvare et sustentare debemus. Adhuius autem beneficii collationem et fidelium nostrorum peticione et ipsius loci prepositi Friderici humili supplicatione, ut diligentius pro nobis interpellet ad dominum, devotio fidelium promptum et gratum prebuimus assensum. Ut autem huius donationis nostre largicio sive oblatio eidem loco et populo stabilis et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigilli nostri impressione roborari et confirmari decrevimus, sub anathemate prohibentes ut nullus hanc paginam nostre confirmationis infringat vel ei ausu temerario contradicat. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem dei omnipotentis et sancte genitricis sue sanctique Georgii se noverit incursurum. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis Millesimo Centesimo Octoagesimo, post reditum meum ab exilio ad ecclesiam Halberstadensem anno tercio, universali ecclesia manente sub unitate et obediencia domini Alexan[illegible] [illegible]imperante domino Friderico imperatore et regnante [illegible]

Testes. Domnus Romarus maior in Halberstad prepos[illegible] [illegible]us. Wernerus custos et prepositus in Bossenleue [illegible]

[illegible]dos sancte Marie in vicus canonic[illegible] sancte [illegible] [illegible]us prefectus, Harnidus et alii quam p[illegible]

Z1, Nr. 62

© Landesarchiv Sachsen-Anhalt - 03.05.2024 13:39:44 (1499x915)

Digitalisat: Z_1__Nr_62__0001
03.05.2024 13:39:45